ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 29v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sed propter ea terram quam circuit non nominat scrip
tura; quia prope erat terrae iudaeorum et notus erat
eis. et interpretatur ubertas. Actenus hystoriam suc
cincte descripsimus. Hinc uero breuiter maxime
propter interpretationes nominum aliqua, quae
ad spiritalem significationem pertinent, inserere nitimur;
Licet contra morem nostrae descriptionis conemur,
Fluuius qui egrediebatur de paradiso; significat dominum
ac redemptorem nostrum, de paterno fonte proceden
tem, a quo origo est omnium creaturarum. De quo per
psalmistam dicitur, Apud te est fons uitae, et de
quo propheta ait, dominus dominus noster fluuius gloriosus exili
ens in terram sitientem. A quo procedunt quattuor
flumina qui irrigant paradysum. Quattuor ista
flumina quattuor significant euangelia quae
habent originem ab ipso domino ihesu xpo, quibus irrigat
ecclesiam suam, quae per paradysum figuratur. Sic paulo
superius prelibauimus ubi paradysum tripliciter in
seruimus; Unde et interpretationes eorum nominum
sacris euangeliis congruunt. Phison qui interpreta
tur os pupillae significat euangelium iohannis.
Os enim ad locutionem pertinet pupilla ad uisum;
Quia quod ipse pater tributam sibi gratiam, per oculum mentis